UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum constantia pertineat ad perseuerantiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶Super Quæſtio. 137. Artic. 3.

IN art. 3. eiuſdem q. dubium ex Martino ibidem, q. 2. occurrit, circa differentiam inter perſeuerantiam, & conſtantiam. Arguit ſiquidē dupliciter. Primò ſic. Continuet aliquis aliquem virtutis actum, & deinde ſola diuturnitate victus deſerat, talis nec perſeuerans, nec conſtans eſt. ergo conſtantia non reſpicit extrinſeca impedimenta, vt dicitur. [D. 1025.] Secundò, Ariſtoteles expreſſe ponit perſeuerantiam circa vehemētes triſtitias, &c. ergo in vſu terminorum debemus conformari antiquis doctoribus, niſi conſtet de abuſu.

¶Ad hoc dicitur, quòd dupliciter aliquis poteſt continuare actum virtutis, primo ex intentione diuturnitatis, Et ſic inchoans, & aliquanto tempore continuans, & victus poſteà diuturnitate deſiſtēs, habuit quidem perſeuerantiæ actum, ſed adueniente oppoſito, factus eſt mollis. [Q. præc. ar. 5.] Si verò continuauit actum ex conditione virtutis, & poſt occurrente diuturnitate ſuperante, deficit, in mollitiem declinauit, non ex contrario, ſed ex priuatiuo, hoceſt, non ex perſeuerautia, ſed ex nō mollitie.

¶Ad ſecundum verò dicitur, quod licet Ariſto. perſeuerantiæ nomine vſus fuerit in habitu cohibitiuo triſtitiarū imperfecto in genere virtutis: ex hoc tamen non ſequitur quòd ſit abuſus vti eodem vocabulo in habitu virtutis circa diuturnitatē, quam uocabulum perſeuerantiæ reſpicere magis cōſtat, quàm triſtitias. Perſeuerans enim communi, & frequēti vſu dicitur, qui diu durat in aliquo. Et ſimpliciter perſeuerans, qui vſque ad finem durat in opere. [Lib. 1. in sō. Scipionis 1 fol. 2. ante med. libri. Q. 128. argumen. 6.]

gis cōuenit cum fortitudine, in- F quantum firmitatē ſeruat cōtra difficultatem diuturnitatis.

Ad ſecvndvm dicendum, ꝙ illa perſeuerātia, de qua loquitur Phil. non moderatur aliquas paſſiones, ſed cōſiſtit ſolū in quadā firmitate rōnis, & voluntatis. Sed perſeuerantia ſ̄m quod ponitur virtus, moderatur aliquas paſſiones. ſ. timorem fatigationis, aut defectus propter diuturnitatem. Vnde hæc virtus[d] eſt in iraſcibili, ſicut & fortitudo.

Ad tertivm dicendū, ꝙ Auguſ. ibi loquitur de perſeuerātia, G non ſ̄m quod nominat habitū virtutis, ſed ſ̄m quod nominat actum virtutis continuatum vſq; in finē, ſ̄m illud Matth. 24. Qui perſeuerau reit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Et ideo contra rōnem perſeuerantiæ ſic acceptæ eſſet, quòd amitteretur, quia iam non duraret vſque in finem.

Articvlvs III.

Vtrum conſtantia pertineat ad perſeuerantiam.

AD tertivm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ conſtantia non pertineat ad perſeuerantiā. Conſtātia enī pertinet ad patientiam, vt ſupra dictū eſt: * ſed patientia differt à perſeuerātia. ergo conſtātia non pertinent ad perſeuerantiā.

¶2. Præt. Virtus eſt circa difficile bonum: ſed in paruis operib. cōſtantem eſſe, non videtur eſſe difficile, ſed ſolum in operibus magnis, quæ pertinent ad magnificentiam: ergo conſtantia magis I pertinet ad magnificentiam, quàm ad perſeuerantiam.

¶3. Prȩt. Si ad perſeuerantiā pertineret cōſtātia, in nullo videretur à perſeuerātia differre, quia vtrūque immobilitatē quandam importat: differrūt aūt. Nā Macro.* cōdiuidit conſtātiā firmitati, per quā intelligitur perſeuerantia, vt ſupra dictum eſt. † ergo conſtātia non pertinet ad perſeuerantiam.

Sed contra eſt, ꝙ aliquis dr̄ K eſſe conſtans ex eo, ꝙ in aliquo ſtat: ſed immanere aliquib. pertinet ad perſeuerātiam, vt patet ex diffinitione quam Andronicus ponit: ergo conſtantia pertinet ad perſeuerantiam.

Respon. Dicendum, ꝙ perſeuerantia, & conſtantia cōueniūt quidem in fine: quia ad vtrumq; pertinet firmiter perſiſtere in aliquo bono. Differunt aūt ſ̄m ea, quæ difficultatē afferunt ad perſiſtendum in bono. Nam virtus perſeuerantiæ proprie facit firmit[…] minem in bono contra difficulta[…] nit ex ipſa diuturnitate actus: conſt[…] firmiter perſiſtere in bono contra [...] quæ prouenit ex quibuſcumque [...] impedimentis. Et ideo principalio[...] nis eſt perſeuerantia, quàm conſta[...] cultas, quæ eſt ex diuturnitate actus [...] actui virtutis, quàm illa, quæ eſt ex [...] pedimentis.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ex[...] menta perſiſtendi in bono præcipue [...] ſtitiā inferunt: circa triſtitiā aūt e[...] ctum eſt. * Et ideo conſtantia ſecund[...] uenit cum perſeuerantia: ſecūdum [...] ficultatem inferunt, conuenit cum p[...] autem potior eſt: & ideo conſtantia [...] ad perſeuerantiam, quàm ad patientia[...]

Ad ſecvndvm dicēdū, ꝙ in magn[...] ſiſtere, difficilius eſt: ſed in paruis, & [...] perſiſtere habet difficultatem, & ſi no[...] dine actus quam reſpicit magnificen[...] ipſa diuturnitate quā reſpicit perſeu[...] conſtantia poteſt ad vtrumque perti[...]

Ad tertivm dicendum, quod c[...] tinet quidem ad perſeuerantiam, in [...] uenit cum ea, non tamen eſt idem [...] differt ab ea, vt dictum eſt.

Articvlvs IIII.

Vtrum perſeuerantia indigeat auxilio gratiæ.

AD qvartvm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ perſeuerantia non indigeat auxilio gratiæ. Perſeuerantia enim eſt quædam virtus, vt di[...] ctum eſt: * ſed virtus, vt Tullius dicit in ſua Rhet. † agit in modū naturæ. ergo ſola inclinatio virtutis ſufficit ad perſeuerandum. Nō ergo ad hoc requiritur aliquod auxllium gratiæ.

¶2. Prȩt. Donum gratiæ Chriſti eſt maius, quàm nocumentū, q[...] Adā intulit, vt patet ad Rom. 5. ſed ante peccatū ſic cōditus fuit homo, vt poſſet perſeuerare p[...] quod acceperat, ſicut Augu. dicit in lib. de correct. * & gratia. ergo multo magis homo per gratiam Chriſti reparatus, pōt perſeuerare abſque auxilio nouæ gratiæ.

¶3. Præt. Opera peccati quando[...] que ſunt difficiliora, quàm opera virtutis. vnde ex perſona impio[...] rū dr̄ Sap. 5. Ambulauimus vias difficiles: ſed aliqui perſeuerāt in operibus peccati abſque alterius auxilio. ergo ēt in operibus virtu[...] tum pōt homo perſeuerare abſ[...] que auxilio gratiæ.

Sed contra eſt, quod Augu. dicit in lib. de perſeuerātia[a] A[...] ſerimus donum Dei eſſe perſe[...] rantiam, qua vſque ad finē perſe[...] ueratur in Chriſto.

Respon. Dicendum, quòd ſ[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN